

Qui autem partem systematicam negligeret ut dogmaticam fidelius et exactius retineret, multas sane et veri similes excusationes ita allegare potest ut tamen -- velit not n o nolit -- ipa allegare potest ut tamen -- velit nolit -- eo tendat ut ipsam partem dogmaticam destrueret

Numquam enim ita creditum est ut intelligeretur nihil. Numquam ita intellectum est ut lex illa psychologica tolleretur: quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur. Neque unus est omnibus hominibus ~~recipiendi modus, sed alius ab alio differt tum individualiter, tum~~ ~~psychologicae, tum socialiter, tum culturaliter secundum evoluti~~ recipiendi modus, cum alia apud alios sit evolutio psychologica, socialis, culturalis. Quod autem Dominus noster de caelis nobis detulit, non particularem quendam evolutionem psychologicam dicit sed cuiuslibet conversionem<sup>nem</sup> atque transformationem, non particularem quendam evolutionem<sup>r</sup> socialem dicit sed cuiuslibet conversionem atque transformationem, non particularem quendam evolutionem culturalem dicit sed cuiuslibet conversionem atque transformationem. Quod ita est omnis particularitatis conversivum atque transformativum, catholicum est; et "catholicum" dico non commune quoddam ab omni particularitate abstractum, sed et concretum et ~~actum~~ <sup>quod</sup> activum, in ipsis particularitatibus transformatis residet atque vivit atque fructificat.

enim transformationem constiuti constituitur catholicus qua catholicus;  
et prius fit ipsa transformatio quam vivitur; et prius implicite  
et exercite vivitur quam explicite et signate declaretur.

resolutionis, inventionis, certitudinis, et temporalis; et suo pariter modo via systematica est synthetica, compositionis, doctrinae et disciplinae, probabilitatis, atque simultaneitatis logicae.

¶ Diximus ergo quid intercedat inter viam dogmaticam viamque syntheticam. At parum est distinguere nisi quis distincta inter se unit; et ideo optima esse videtur distinctio quae ipsam distinctorum unionem manifestat. Sed manifeste ~~nam~~ unum quoddam et totum faciunt analysis et synthesis, resolutio et compositio, inventio et inventi addiscentia, certitudo et certorum intelligentia, diuturna investigatio et breve fructuum compendium. Pars ergo theologiae dogmatica parsque systematica vere partes sunt quae simul sumptae unum faciunt. Quod si quis adeo ineptus esset ut alteram partem eligeret et alteram sperneret, haec totius mutilatio eo sane tenderet ut ipsa pars electa male intelligeretur.

Nam qui dogmaticam partem negligeret ut systematicam ~~amiserat~~ profundius coleret, pro sua ~~in~~ negligentia ipsum revelatum mysterium ~~ignoreret cuius intelligentiam quaerere tamen quaerere~~ ignoraret cuius tamen intelligentiam quaerere deberet. Quod adeo absonum ~~videtur~~ ut numquam fieri potuisse diceres. Quod nihilominus factum est. <sup>Quid</sup> ~~Nam~~ enim aliud ~~est~~ erat scholasticismi decadentia quam ille processus quo systemata male intellectum pseudo-problemata gignit, et pseudoproblematum solutiones pseudo-systemata pullulant? Et quaenam alia est securis ad hanc radicem mittenda quam mentes hominum ab opinionationibus scholarum revocare et ad ipsa divina mysteria attendere?

Qui autem partem ~~in~~ systematicam negligeret ut dogmaticam fidelius et exactius retineret, mox non perspiceret cur umquam Deum ecclesia a simplicitate et claritate evangelii recesserit et dogmata omnibus credenda proposuerit. Quae enim mysterii intelligentia proxime in parte systematica quaeritur, eadem ab ipsis initiis intenditur.

Qui autem partem systematicam negligeret ut dogmaticam fidelius et exactius retinerit, infelix et incautus ipsum catholicismum impugnat. Et catholicum dico qui non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina (Gal 3, 28; Col 3, 11); neque ideo tamen catholicum dico vel ideam platoniam vel abstractionem; sed hominem dico concretum atque viventem qui particularitatem Iudaei vel Graeci, particularitatem particularitatem servi vel liberi, particularitatem max masculi vel feminae, in Christo et in Christum convertit atque transformavit: "omnes enim vos unum estis in Christo Iesu" (Gal 3, 28). Qui omnes, quod unum, eatenus implicite et exercite catholici sunt et catholice vivunt, quatenus implicite et exercite intelligunt catholice et catholice iudicant; et iterum eatenus explicite et signatim catholici sunt et catholice vivunt, quatenus explicite et exercite intelligunt catholice et catholice iudicant.

Quod si catholicus est Iudaeus sed qua in Christo transformatus, si catholicus pariter est Graecus sed qua in Christo transformatus, sane catholicum ignoras si non attendis nisi ad iudaica vel graeca; et pariter omnino catholicum male intelliges quamdiu distinguere non vales ~~in~~ inter iudaicum et catholicum in Iudaeo catholico, inter graecum et catholicum in Graeco catholico, inter masculinum et catholicum ~~in~~ in masculo catholico, inter feminineum et catholicum in femina catholica. Distinctionum ergo sollertia ab eo requiritur qui catholici catholicismum apprehendere velit, cum in omni catholico aliud invenitur<sup>a</sup> vel corporale vel nationale vel psychologium vel sociologicum vel culturale quod in Christo transformandum sit, et aliud quo transformatum est et cum reliquis catholicis unum in Christo.

Proinde catholicus est catholicus non solum in aliis quae operatur sed etiam quatenus intelligit et iudicat et loquitur. Neque ideo tamen dividitur ut sine inquisitione longiorique labore statim agnoscere potest quandonam qua catholicus et quandonam qua Iudaeus vel Graecus vel intelligit vel iudicat vel loquitur. E contra, omnia intelligit qua Iudaeus transformatus, vel qua Graecus transformatus, et similiter omnia iudicat et dicit

Praeterea, haec distinctionum necessitas non solum pro iis viget qui quasi extrinsecus catholicos observant sed etiam quodammodo ab ~~ii~~ ipsis catholicis. Qui enim in Christo transformatus est, non in duas dividitur partes ut modo secundum partem iudaicam vel graecam intelligat, iudicet, loquatur, modo autem secundum partem catholicam quasi seorsim existentem aliter intelligat, aliter iudicet, aliter loquatur. Quinimo, omnia facit ut unus idemque Iudaeus transformatus, vel ut unus idemque Graecus transformatus, et nisi implicite ex et exercite non facit sive iudaica ut distincta<sup>a</sup> graecis sive catholica ut distincta a iudaicis et graecis.

resolutionis, inventionis, certitudinis, et temporalis; et suo pariter modo via systematica est synthetica, compositionis, doctrinae seu disciplinae, probabilitatis, atque simultaneitatis logicae.

## SECTIO SEXTA.

### De unitate motus duplicis.

Ita duos distinximus motus ut simul appareat utrumque esse partem quamdam unius eiusdemque totius. Quod quidem totum prius implicite et exercite existit quam per theologiam explicite et signate exponatur; et ipsa prior et implicita existentia et initium habuit et subsequencia stadia quae aliter et aliter tum in theologiam influuntur tum vicissim influxum theologiae subeunt.

Et quid sit illud prius, brevissime cognoscentibus dicitur. Catholicismus est. Qui enim catholicus est, non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina (Gal 3, 28; Col 3, 11). Neque ideo tamen catholicus est vel idea platonica in caelis reposita vel abstractio umbratilis in mente abscondita. Sed catholicus est homo omnino concretus prorsusque vivens qui ita vel Iudaeus vel Graecus est ut tamen hanc suam particularitatem in Christo transformavit; qui est vel servus vel liber ut tamen hanc suam particularitatem in Christo transformavit; qui ita est vel max masculus vel femina ut etiam hac hanc suam particularitatem in Christo transformavit. "Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu" (Gal 3, 28).

~~Quod si catholicus est Iudaeus sed qua in Christo transformatus, esse catholici catholicismus prius existit atque operatur quam clare et distincte intelligatur atque declaretur. Neque aliud concludes si catholicum dicitis Graecum, vel servum, vel liberum, vel masculum, vel feminam, sed qua in Christo transformatum. Per hanc~~